5 postquam nostri resciverunt, ~~hi~~ hos esse huc venturos Acontium & professorem Græcum, valde offensi sunt. Quantum autem intelligo, qui hactenus in admiratione hic fuerunt, verentur, ne existimationem ipsi suam amittant, si excellentes ac docti professores huc accersiti fuerint. Innatum est n. multis hoc vitium, ut pares aut superiores ferre nequeant. Quare plerique dum suæ potius, quam Academiæ utilitati consulunt, malunt constitui professores leviter ~~[illegible]~~ eruditos. Collegiati autem, ut ~~norat~~ norat, instigarunt magistros, qui privatim docent & instituunt pueros, ut lectionem græcæ linguæ & Rhetorices, quæ Acontio decreta est, ipsi petant. Hi supplices nobis literas exhibuerunt, quibus literis publice lectis, totus Academiæ senatus decrevit, nostrorum habendam esse potius rationem, quam exterorum. vel ideo, quia nostri minore stipendio possint conduci, quam exteri, vel, quia legibus ac statutis cautum est, ne in conferendis lectionibus exteri præferantur iis, qui ~~hic~~ in hac schola sunt promoti. Hac ~~[illegible]~~ ob causam